

987 giugno 6, Firenze¹

Il conte Ildebrandus e il giudice imperiale Leo pongono il *bannus* imperiale sui beni della canonica di San Giovanni di Firenze, su richiesta dell'arcidiacono Grasulfus, del primicerio Rodilandus, del vicedomino Iohannes, dell'abate Leo ed altri canonici, convenuto insieme con il loro avvocato Hugo, e dopo aver presentato un diploma imperiale a sostegno delle loro ragioni.

Copia della fine dell'XI secolo.

Archivio della Canonica della Cattedrale di Firenze, n. 971 [B].

Edizioni: Manaresi, II, n. 207

*** Dum in Dei nomine in civitate Florentia in atrio ecclesie sancte Reparate per data licentia Podoni² episcopi in iudicio resedisset Ildebrandus comes³ et Leo⁴ *** iudex domni imperatoris ad causas audiendas ac deliberandas, residentibus cum eo Teupertus⁵, Sigefredus⁶, Petrus, Vuido, Gerardo⁷, Petrus, et item alius Petrus, Bonitio, Petrus iudicibus domni imperatoris⁸, Ugo, Florentio, Iohannes, Rosselmo notarii domni imperatoris, Raineri filio bone memorie Gerardi⁹, [...] bone memorie Andree et Teutio filio bone memorie Alberici cum filii sui Ugoni, Petrus filio Ugoni, Rainbertus filio item Ugoni, Teudegrimus filio bone memorie Iohanni, Ildebrandus filius Teudicii, Iohannes filio Bonitii, Albericus et reliquis plures. Ibique eorum venerunt presentiis Grasolfo archidiacono, Rodilandus primicerios, Iohannes vicedominus, Leo abbas, Ursifredus, Michel, Dominicus, Teudo, Grimaldo, Iohannes, Dominicus, Martino presbiteri et canonici una cum Hugo avvocato eorundem canonici et ostenserunt ibi in eodem placito preceptum uno in qua continebatur in eum ab ordinem sicut hic subter legitur: «In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto divina clementia imperator augustus. Si sanctarum Dei ecclesiarum curam nostra imperiali auctoritate subvenire studuerimus et statum imperii nostri permanere et anime nostre eterne vite bravium tribui procul dubio confidimus. Proinde omnium sancte Dei ecclesie fidelium nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit multitudo canonicos sancte Florentine ecclesie nostram adiisse clementiam deprecantes, ut pro Dei amore nostrique imperii salute sancte Iohannis ecclesie eorumque necessitatibus subveniremus et eos tantam penuriam non magis ustinere pateremur, videlicet eiusdem sancte Florentine ecclesie pastores terram canonice sancti Iohannis sive in beneficio distribuendo, seu quod deterius est meretricibus dando, sancta Dei ecclesia esset diruta et etiam a clericis ibidem servientibus omnino derelicta; quapropter nostri imperii celsitudinem petierunt, ut pro Christi amore et eterna retributione hoc nefas nostra imperiali auctoritate funditus interdiceremus. Quorum dignis petitionibus annuentes prout iuste et legaliter possumus concedimus et per hanc nostre auctoritatis paginam statuimus atque confirmamus isdem clericis terram eiusdem canonice cum omni sua integritate, nominative plebes duas, unam de Cersino sancte Ierusalem cum corte sua, aliam sancti Laurentii sitam Exsinea¹⁰ cum curte sua et omnibus decimis, terram de Lago quam dedit^a Sichelmus episcopus cum omnibus suis pertinentiis que est infra plebem sancti Petri sito Valia et sancti Severi¹¹, cortem de Cintoria¹² cum pertinentiis suis, campum Regis¹³, pratum Regis, mansus duos in Carmeniano¹⁴ quos tenent Iohannes et Bonizo, medietatem sortis que est in Venzano¹⁵ quam detinet Leo presbiter, mansum unum in Decera qui rectus fuerat per Saxum massarium, sanctam Mariam Novellam, eo videlicet ordine ut tam presentes quam futuri sacerdotes, levite, subdiaconi seu clerici ibidem Deo sanctique Iohanni deservientes iam dictas terras canonice iuste pertinentes per huius nostri precepti

auctoritatem habeant, teneant firmiterque possideant canonice omnium hominum contradiccione remota. Precipientes itaque iubemus, ut nullus episcopus dux marchio comes vicecomes nullaque nostri regni magna parvaque persona pretaxatos canonicos de predictis rebus disinvestire inquietare vel molestare presumat sine legali iudicio, sed liceat eos quiete et pacifice sub nostra defensione vivere omnium hominum contradiccione remota. Si quis igitur nostri huius precepti paginam infringere temptaverit sciat se compositurum auri libras centum, medietatem camere nostre et medietatem predictis canonicis. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domni Ottonis secundi imperatoris (M) serenissimi augusti. Adalbertus cancellarius ad vicem Petri episcopi et archicancellarii recognovit et subscripsit. Data .VIII. kalendas februarii, anno dominice incarnationis .DCCCC.LXXXIII., imperii autem Ottonis secundi .XVI., indiccione .XI. Actum circa Materiam civitatem, feliciter». Preceptum ibi is in iudicio ostensit et ab ordinem lectum interrogati sunt ipsi canonici cun predicto Hugo avvocato eorum pro quit preceptum ipsius ibi in iudicio ostensiserun qui disserunt ipsis canonici cum predicto Ugo avvocato eorum: “Verem preceptum ipsum quas nos hic ostensimus presentiis, ut omnibus vobis cogniti sit ut nullus quispiam dicere possit quod nos eas siles aut ocultas vel quolodioso abuissemus aut detenuissemus. Et nunc predicta plebes sita loco Cersino et que vocitatur sancte Gerusalem cum curte sua, alia sancti Laurentii sitam Exsinea cum curte sua et omnibus decimis, terram de Lacu, curte de Cintoria cum omnibus suis pertinentiis, campo Regis, pratos Regis, mansos duos in Carmeniano, medietatem sortis quod est in Vetiano, mansos uno in Decera, sancta Maria Novella, cum omnibus suorum pertinentiis que in eadem preceptum legitur abemus et detinemus ad pars predictae canonica sancti Iohannis. Et si ic est ullus homo qui predicta plebes et curtes seu ecclesiis et predictis casis et sortis seo rebus massariciis et predicti terra et pratas que in eadem preceptum legitur ad pars ipsius canonica contendere aut contradicere vult, parati sumus cum eo hic vestris presentiis in rationem standum et legitime finiendum”. Et cum ipsis canonicis cum predicto avvocato eorum taliter diceretur, tunc predicto Ildebrando comes et Leo iudex et missus domni imperatoris et predicti iudicibus fecerunt inquirere in ipsum placitum intus et foris si esse ullus homo qui predictae duo plebem et iam dicte curtis cun predictis ecclesiis et predictis casis et sortis et ian dicti terra et pratas eorundem canonicis contendere aut contradicere voluisset, an non. Et cum nemo ibi se apresentasset qui de ac causa agere voluisset, si statim ipse Ildebrandus comes et predictus Leo iudex et missus domni imperatoris per fuste quas in suorum detinebat manibus miserunt banno domni imperatoris super eodem canonicis et super predicto Ugo avvocati eorum et super ian dicte duo plebis et curtis et super ian dicta ecclesia et super predictis casis et rebus massariciis et super predicta terra et pratas que in eodem preceptum legitur cum omnibus suorum pertinentiis et aiacentiis in mancosos aureos duomilia et nullus quislibet homo magna parvaque persona predicta canonica sancti Iohanni vel suis canonicis de iam dictis plebis et curtis atque ecclesiis et predicta terra et pratas et de suorum pertinentiis sine legali iudicio devestire audeat. Qui vero fecerit predicti duomilia mancosos aureos conpossituros se adgnoscat, medietatem pars camere domni imperatoris et medietatem ad pars predicta canonica sancti Iohanni. Unde hanc notitiam pro securitatem et futura ostensionem eorundem canonicis et ad pars ipsius canonice sancti Iohanni ostendenda fieri iussimus. Quidem et ego Ildebertus notarius domni imperatoris ex iussione suprascripti Ildebrandi comitis et predicti Leoni iudex et missus domni imperatoris seo iudicum amonitionem scripsi. Anno ab incarnationis domini nostri Iesu Christi nongentesimo octuagesimo septimo, octauo idus iunii, indictione quintadecima. Signum manus suprascripti Ildebrandi comitis sicut supra legitur interfui. (C) Podo sancte Florentine ecclesie episcopus interfuit. + Petrus

sancte Fesolane ecclesie episcopus interfuit. (S) Leo iudex et missus domni imperatoris subscripsi^b. (S) Gerardus iudex domni imperatoris interfui. (S) Teupertus iudex domni imperatoris interfui. (S) Petrus iudex domni imperatoris interfui. (S) Petrus iudex domni imperatoris interfui. (S) Sigefredus iudex domni imperatoris interfui. (S) Donatus iudex domni imperatoris interfui. (S) Ego Iohannes notarius interfui. (S) Ego Roselmus notarius ibi fui. (S) Ego Florentius notarius ibi fui. (S) Ego Hugo notarius domni imperatoris ibi fui. (S) Ego Petrus notarius ibi fui. (S) Ego Iohannes ibi fui. (S) Ego Andrea ibi fui. + Ego Raineri ibi fui.

Exemplata^c notitia a Petro diacono secundum antiquum exemplar. Anno dominice incarnationis millesimo nonagesimo septimo, kalendis septembris, in claustrum canonicorum, indictione quinta.

¹ Su questo placito Puglia 2003, pp. 52-54 e p. 155 e Cortese 2007, p. 114.

² Podo II, Pirillo 2001, pp.193-194.

³ M.L. Ceccarelli Lemut ha proposto di identificare questo conte con un esponente della famiglia degli Alberti, Ceccarelli Lemut 2004, p. 213 e albero genealogico in p. 233.

⁴ Schwarzmaier 1972, pp. 286-288. Documentato tra gli anni 957 e 987, Volpini 1975, p. 316, nota 1. Nella documentazione giudiziaria toscana compare anche in Manaresi II/2, placiti perduti, n. 27 (962 febbraio 2 – 973 maggio 7) e Volpini 1975, n. 10 (973 ottobre 19).

Schwarzmaier 1972, pp. 286-288. Documentato tra gli anni 957 e 987, Volpini 1975, p. 316, nota 1. Nella documentazione giudiziaria toscana compare anche in Manaresi II/2, placiti perduti, n. 27 (962 febbraio 2 – 973 maggio 7) e Volpini 1975, n. 10 (973 ottobre 19).

⁵ Puglia 2003, p. 153.

⁶ Puglia 2003, pp. 153-154.

⁷ Puglia 2003, p. 154.

⁸ Su questo gruppo di *iudices*, Radding 2013, pp. 251 e ss.

⁹ Raineri di Gherardo è stato identificato come il capostipite dei *nepotes Rainerii* da M.E Cortese. Una famiglia più volte chiamata a partecipare nei placiti comitali e marchionali, anche all'esterno del territorio fiorentino, lungo tutto l'XI secolo: Cortese 2007, pp. 114 e 341.

¹⁰ Pieve dei Santi Lorenzo e Giovanni di Signa. I beni della pievi furono oggetto di disputa anche in Manaresi, II, n. 157 (967 giugno 25).

^a Si desidera.

¹¹ A nord di Sesto Fiorentino, nel Monte Morello, Repetti, II, p. 623.

¹² Cintoia in val d'Arno, sulla destra del Greve, Repetti, I, p. 737.

¹³ Careggi, Firenze.

¹⁴ Carmignanello, nel Monte Morello, Repetti, I, p. 476.

¹⁵ Vezzano, in val di Sieve, Repetti V, p. 708.

^b In Manaresi "interfui", la stessa lettura è proposta anche in Piattoli 1924, n. 19. Si veda la lezione di Piattoli 1924 interfui, n. 19.

^c Piattoli 1938, n. 19, p. 56.